

GAUDE Ma-ter Ecclé- si- a, Læ-tam agens mem-
ó- ri- am, Quæ novæ pro-lis gáudi- a Mit-tis ad cæ-li
cú- ri- am.

Prædicatórum Ordinis Dux et Pater Domínicus, Mundi jam fulget téminis, Civis efféctus cælicus.

Carnis liber ergástulo Cæli potitur glória : Pro paupertátis cíngulo Stola dotátur régia.

Fragráns odor de túmulo, Cum virtútum frequéntia Clamat pro Christi fámulo Summi Regis magnália.

Trino Deo et símplici Laus, honor, virtus, glória, Qui nos prece Domínici Ducat ad cæli gáudia. Amen.